

Laibacher Diözesanblatt.

Mr. X.

Inhalt: 54. Encyclica Leonis XIII. de SS. Rosario et S. Josepho. — 55. Päpstliches Breve in Betreff der Veräußerung und Belastung von Klostergütern in Österreich. — 56. Religionswechsel eines unter Curatel stehenden Irssinnigen. — 57. Einladung zur Einführung der periodischen Eingaben und anderer Ausweise. — 58. Concurs-Berlaubnung. — 59. Chronik der Diözese.

1889.

54.

VENERABILIBVS FRATRIBVS
PATRIARCHIS PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIBVS EPISCOPIBVS
ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres! Salutem et apostolicam benedictionem! Quamquam pluries iam singulares toto orbe deprecationes fieri, maioremque in modum commendari Deo rem catholicam iussimus; nemini tamen mirum videatur si hoc idem officium rursus inculcandum animis hoc tempore censemus. — In rebus asperis, maxime cum potestas tenebrarum audere quaelibet in perniciem christiani nominis posse videtur, Ecclesia quidem suppliciter invocare Deum, auctorem ac vindicem suum, studio perseverantiaque maiore semper consuevit, adhibitis quoque sanctis caelitibus, praecipueque Augusta Virgine Dei genitrice, quorum patrocinio columen rebus suis maxime videt adfuturum. Piarum autem precationum positaeque in divina bonitate spei serius oculus fructus appetit. — Iamvero nostis tempora, Venerabiles Fratres. quae sane christiana reipublicae haud multo minus calamitosa sunt, quam quae fuere unquam calamitosissima. Interire apud plurimos videmus principium omnium virtutum christianarum, fidem: frigere caritatem: subolescere moribus opinioni-

busque depravatam iuventutem: Iesu Christi Ecclesiam vi et astu ex omni parte oppugnari: bellum atrox cum Pontificatu geri: ipsa religionis fundamenta crescente in dies audacia labefactari. Quo descensum novissimo tempore sit, et quid adhuc agitur animis, plus est iam cognitum, quam ut verbis declarari oporteat.

Tam difficili miseroque statu, quoniam mala sunt, quam remedia humana, maiora, restat ut a divina virtute omnis eorum petenda sanatio sit, — Hac de caussa faciendum duximus, ut pietatem populi christiani ad implorandam studiosius et constantius Dei omnipotentis opem incitaremus. Videlicet, appropinquante iam mense Octobri, quem Virgini Mariae a Rosario dicatum esse alias decrevimus, vehementer hortamur, ut maxima qua fieri potest religione, pietate, frequentia mensis ille totus hoc anno agatur. — Paratum novimus in materna Virginis bonitate perfugium: spesque Nostras non frustra in ea collocatas certo scimus. Si centies illa in magnis christiana reipublicae temporibus praesens adfuit, cur dubitetur, exempla

potentiae gratiaeque suae renovaturam, si humiles constantesque preces communiter adhibeantur? Immo tanto mirabilius credimus adfuturam, quanto se diutius obsecrari maluerit.

Sed aliud quoque est propositum Nobis: cui proposito diligentem, ut soletis, Venerabiles Fratres, Nobiscum dabitis operam. Scilicet quo se placabiliorem ad preces impertiat Deus, pluribusque deprecatoribus, Ecclesiae suae celerius ac prolixius opituletur, magnopere hoc arbitramur expedire, ut una cum Virgine Deipara castissimum eius Sponsum beatum Iosephum implorare populus christianus praecipua pietate et fidenti animo insuescat: quod optatum gratumque ipsi Virgini futurum, certis de caussis iudicamus. — Profecto hac in re, de qua nunc primum publice dieturi aliquid sumus, pietatem popularem cognovimus non modo pronam, sed velut instituto iam cursu progradientem: propterea quod Iosephi cultum, quem superioribus quoque aetatibus romani Pontifices sensim provehere in maius et late propagare studuerant, postremo hoc tempore vidimus passim nec dubiis incrementis augescere, praesertim postea quam Pius IX fe. rec. decessor Noster sanctissimum Patriarcham, plurimorum Episcoporum rogatu, patronum Ecclesiae catholicae declaravit. — Nihilominus cum tanti referat, venerationem eius in moribus institutisque catholicis penitus inhaerescere, idecirco volumus populum christianum voce in primis atque auctoritate Nostra moveri.

Cur beatus Iosephus nominatim habeatur Ecclesiae patronus, vicissimque plurimum sibi Ecclesia de eius tutela patrocinioque pollicetur, caussae illae sunt rationesque singulares, quod is vir fuit Mariae, et pater, ut putabatur, Iesu Christi. Hinc omnis eius dignitas, gratia, sanctitas, gloria profectae. Certe matris Dei tam in excelso dignitas est, ut nihil fieri maius queat. Sed tamen quia intercessit Iosepho cum Virgine beatissima maritale vinclum, ad illam praestantissimam dignitatem, qua naturis creatis omnibus longissime Deipara antecellit, non est dubium quin accesserit ipse, ut nemo magis. Est enim coniugium societas necessitudoque omnium maxima,

quae natura sua adiunctam habet bonorum unius cum altero communicationem. Quocirca si sponsum Virgini Deus Iosephum dedit, dedit profecto non modo vitae socium, virginitatis testem, tuto rem honestatis, sed etiam excelsae dignitatis eius ipso coniugali foedere participem. — Similiter augustissima dignitate unus eminet inter omnes, quod divino consilio custos filii Dei fuit, habitus hominum opinione pater. Qua ex re consequens erat, ut Verbum Dei Iosepho modeste subesset, dictoque esset audiens, omnemque adhiberet honorem, quem liberi adhibeant parenti suo necesse est. — Iamvero ex hac dupli dignitate officia sponte sequebantur, quae patribus familias natura praescripsit, ita quidem ut domus divinae, cui Iosephus praeerat, custos idem et curator et defensor esset legitimus ac naturalis. Cuiusmodi officia ac munia ille quidem, quoad suppeditavit vita mortalis, revera exercuit. Tueri coniugem divinamque sobolem amore summo et quotidiana assiduitate studuit: res utrius ad victimum cultumque necessarias labore suo parare consuevit: vitae discrimin. regis invidia conflatum, prohibuit, quaesito ad securitatem perfugio: in itinerum incommodes exiliique acerbitatibus perpetuus et Virginis et Iesu comes, adiutor, solator extitit. — Atqui domus divina, quam Iosephus velut potestate patria gubernavit, initia exorientis Ecclesiae continebat. Virgo sanctissima quemadmodum Iesu Christi genitrix, ita omnium est christianorum mater, quippe quos ad Calvariae montem intersupremos Redemptoris cruciatus generavit: itemque Iesus Christus tamquam primogenitus est christianorum, qui ei sunt adoptione ac redemptione fratres. — Quibus rebus caussa nascitur, eur beatissimus Patriarcha commendatam sibi peculiari quadam ratione sentiat multitudinem christianorum, ex quibus constat Ecclesia, scilicet innumerabilis isthaec perque omnes terras fusa familia, in quam, quia vir Mariae et pater est Iesu Christi, paterna propemodum auctoritate pollet. Est igitur consentaneum, et beato Iosepho apprime dignum, ut sicut ille olim Nazaretham familiam, quibuscumque rebus usuvenit, sanctissime tueri

consuevit, ita nunc patrocinio caelesti Ecclesiam Christi tegat ac defendat.

Haec quidem, Venerabiles Fratres, facile intelligitis ex eo confirmari, quod non paucis Ecclesiae patribus, ipsa adsentiente sacra liturgia, opinio insederit, veterem illum Iosephum, Iacobo patriarcha natum, huius nostri personam adumbrasse ac munera, itemque claritate sua custodis divinae familiae futuri magnitudinem ostendisse. — Sane praeterquam quod idem utrique contigit nec vacuum significatione nomen, probe cognitae vobis sunt aliae eaedemque perspicuae inter utrumque similitudines: illa in primis, quod gratiam adeptus est a domino suo benevolentiamque singularem: cumque rei familiari esset ab eodem praepositus, prosperitates secundaeque res herili domui, Iosephi gratiā, affatim obvenere. Illud deinde maius, quod regis iussu toti regno summa cum potestate praefuit: quo autem tempore calamitas fructuum inopiam caritatemque rei frumentariae peperisset, aegyptiis ac finitimis tam excellenti providentia consuluit, ut eum rex *salvatorem mundi* appellandum decreverit. — Ita in vetere illo Patriarcha huius expressam imaginem licet agnoscere. Sicut alter prosperus ac salutaris rationibus heri sui domesticis fuit, ac mox universo regno mirabiliter profuit, sic alter christiani nominis custodiae destinatus, defendere ac tutari putandus est Ecclesiam, quae vere domus Domini est Deique in terris regnum.

Est vero cur omnes, qualcumque conditione locoque, fidei sese tutelaeque beati Iosephi commendent atque committant. — Habent in Iosepho patresfamilias vigilantiae providentiaeque paternae praestantissimam formam: habent coniuges amoris, unanimitatis, fidei coniugalis perfectum specimen: habent virgines integratis virginalis exemplar eumdem ac tutorem. Nobili genere nati, proposita sibi Iosephi imagine, discant retinere etiam in afflita fortuna dignitatem: locupletes intelligent, quae maxime appetere totisque viribus colligere bona necesse sit. — Sed proletarii, opifices, quotquot sunt inferiore fortuna, debent suo quodam proprio iure ad Iosephum confugere, ab eoque,

quod imitentur, capere. Is enim, regius sanguis, maximae sanctissimaeque omnium mulierum matrimonio iunctus, pater, ut putabatur, filii Dei, opere tamen faciendo aetatem transigit, et quaecumque ad suorum tuitionem sunt necessaria manu et arte quaerit. — Non est igitur, si verum exquiritur, tenuiorum abiecta conditio; neque solum vacat dedecore, sed valde potest, adiuncta virtute, omnis opificum nobilitari labos. Iosephus, contentus et suo et parvo, angustias cum illa tenuitate cultus necessario coniunctas aequo animo excelsoque tulit, scilicet ad exemplar filii sui, qui acceptā formā servi cum sit dominus omnium, summam inopiam atque indigentiam voluntate suscepit. — Harum cogitatione rerum debent erigere animos et aequa sentire egeni et quotquot manuum mercede vitam tolerant: quibus si emergere ex egestate et meliorem statum anquirere concessum est non repugnante iustitia, ordinem tamen providentia Dei constitutum subvertere, non ratio, non iustitia permittit. Immo vero ad vim descendere, et quicquam in hoc genere aggredi per seditionem ac turbas, stultum consilium est, mala illa ipsa efficiens plerumque graviora, quorum leniendorum caussā suscipitur. Non igitur seditionorum hominum promissis confidant inopes, si sapiunt, sed exemplis patrocinioque beati Iosephi, itemque materna Ecclesiae caritate, quae scilicet de illorum statu curam gerit quotidie maiorem.

Itaque plurimum Nobis ipsi, Venerabiles Fratres, de vestra auctoritate studioque episcopali polliciti: nec sane diffisi, bonos ac pios plura etiam ac maiora, quam quae iubentur, sua sponte ac voluntate facturos, decernimus, ut Octobri toto in recitatione *Rosarii*, de qua alias statuimus, oratio ad sanctum Iosephum adiungatur, cuius formula ad vos una cum his Litteris perferetur: idque singulis annis perpetuo idem servetur. Qui autem orationem supra dictam pie recitaverint, indulgentiam singulis septem annorum totidemque quadragenarum in singulas vices tribuimus. — Illud quidem salutare maximeque laudabile, quod est iam alicubi institutum, mensem Martium honori sancti Patriarchae quotidiana pietatis exercitatione

consecrare. Ubi id institui non facile queat, optandum saltem, ut ante diem eius festum in templo cuiusque oppidi principe supplicatio in triduum fiat. — Quibus autem in locis dies decimusnonus Martii, beato Iosepho sacer, numero festorum de praecerto non comprehenditur, hortamur singulos, ut eum diem privata pietate sancte, quoad fieri potest, in honorem Patroni caelestis, perinde ac de praecerto, agere ne recusent.

Oratio ad Sanctum Josephum.

Ad te, beate JOSEPH, in tribulatione nostra confugimus, atque implorato Sponsae tuae sanctissimae, auxilio, patrocinium quoque tuum fidenter exposcimus. Per eam, quaesumus, quae te cum immaculata Virgine Dei Genitrice coniunxit, caritatem, perque paternum, quo Puerum Iesum amplexus es, amorem, supplices deprecamur, ut ad hereditatem, quam Jesus Christus acquisivit sanguine suo, benignus respicias ac necessitatibus nostris tua virtute et ope succurras.

Tuere, o Custos providentissime divinae Familiae, Iesu Christi sobolem electam; prohibe a nobis,

Interea auspicem caelestium munerum et Nostrae benevolentiae testem vobis, Venerabiles Fratres, et Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramenter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XV. Augusti An. MDCCCLXXXIX. Pontificatus Nostri Duodecimo.

LEO PP. XIII.

amantissime Pater, omnem errorum ac corruptelarum luem; propitius nobis, sospitator noster fortissime, in hoc cum potestate tenebrarum certamine, e caelo adesto; et sicut olim Puerum Iesum e summo eripuisti vitae discrimine, ita nunc Ecclesiam sanctam Dei ab hostilibus insidiis atque ab omni adversitate defende: nosque singulos perpetuo tege patrocinio, ut ad tui exemplar et ope tua suffulti, sancte vivere, pie emori, sempiternamque in caelis beatitudinem assequi possimus. — Amen.

55.

Päpstliches Breve

in Betreff der Veräußerung und Belastung von Klostergütern in Oesterreich.

LEO PP. XIII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Facultates de Regularium bonis in Austriaco Imperio positis alienandis, deque oneribus imponendis super iisdem bonis, quas similibus Litteris die XXIII. mensis Septembris anno MDCCCLXXI sub Annulo Piscatoris datis sa. me. Pius IX. Successor Noster ad Decennium protulit, Nos in Ejus locum arcano Divinae providentiae consilio suffecti et in persona Beatissimi Petri supremam in Ecclesia Dei auctoritatem gerentes, omnibus hac de re inspectis, perpensisque, opportunum ducimus in aliud tempus prorogare. Quapropter motu proprio, certa scientia, ac matura deliberatione Nostra Apostolicae Sedis Nuntio apud Carissimum in Christo Filium Nostrum Austriae Imperatorem Bohemiae et Hungariae Regem Apostolicum pro

tempore existenti, vel ei qui ejusdem Nuntii vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, atque Episcopis et Praesulibus, ut vocant, nullius dioecesis in universa memorati Imperatoris Austriae ditione existentibus, iis tamen exceptis bonis, si qua in provinciis Italicis consistant, nec non Episcopo Wratislaviensi pro parte ejusdem dioecesis, quae in imperio Austriaco comprehenditur, ad aliud decennium a novissimo postremae prorogationis die computandum facimus facultatem cuique in sua Dioecesi concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas = I^o = Alienandi bona regularium ordinum usque ad summam Florenorum octo milium monetae Austriacae, sive stabilia ea bona

sint, sive in publicis nominibus consistant, adjecta tamen conditione ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium seu censum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus, pretium ipsum alia ratione fructuose, ac secure collocetur, exelusa qualibet negotiatione per sacros canones ecclesiasticis viris interdicta = II^o = Imponendi bonis regularium onera, quae non excedant summam Florenorum duodecim millium rationem tamen ac terminum praefiniendo, quo aes alienum dissolvatur. Quod si necessariae instauraciones ac amelioramenta in aliquo regularium fundo occurrant, neque aes alienum contrahi, et nonnisi per alicujus boni ad eosdem regulares pertinentis venditionem necessitati provideri queat, hoc in casu concedendi Facultatem perficiendi venditionem cum conditione, ut, si ex pretio percepto pars supersit, eadem fructuose collocetur rationibus superius expositis. Quod si vendenda bona sint, vel onera iisdem imponenda, quae pretium excedant superius definitum, eo in casu regulares suas deferre preces debebunt vel directe ad S. Sedem, vel ad Nuntium Apostolicum, cui proinde facultatem facimus petitam veniam concedendi, si hoc in domino expedire judicaverit = III^o = Firmis manentibus ordinariis facultibus causarum piarum pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium concedendi facultatem locationes et conductiones ipsas ineundi ad quindecim annos, servatis quod ad reliqua canonice praescriptionibus. Ad vitandos autem abusus nonnullos, et obsecundandum aliqua ratione consuetudini quae in Austriaco imperio invaluit, ut bonorum ecclesiasticorum possessores, a respectivis conductoribus redditus, seu praestationes accipiant, facultatem concedendi redditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum ita tamen, ut illae quoad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a conductore persolvenda sit; quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediantur, quae a conductore per anni spatium persolvatur = IV = In casibus urgentis necessitatis atque

utilitatis religiosae Familiae in quibus ad alienationem, seu onerum impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largimur absque praefinitae pecuniae summa alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi, ea tamen adjecta conditione, ut in posterum ea de re ad Nuntium Apostolicum, sive directe ad Sanctam Sedem singillatim accurateque referatur. Porro in omnibus et singulis casibus integrum semper esse volumus facultatem postulationes ad Apostolicam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea, ut in singulis hujusmodi concessionum casibus sive ab Apostolico Nuntio, sive ab Antistibus dioecesanis Superiori localis et respectivum Capitulum religiosae familiae audiatur, atque canonice praescriptiones accurate serventur, ac praesertim Constitutio fel. me: Pauli II. Praedris Nostri, quae incipit „Cum in omnibus“ edita die XI. Maji MCDLXV. ac proinde in omnibus et singulis facultatibus, seu concessionibus volumus et mandamus, ut pateat, ac probata sit religiosae familiae necessitas vel utilitas, eumque in finem in singulis item casibus non modo Superioris localis et respectivi Capituli consilium, ut supra dictum est, audiatur, verum etiam honesti nominis et probati judicii viri antea consulantur. Praecipimus denique, ut in omnibus et singulis actis venditionis seu alienationis, et onerum impositionis, atque etiam locationis ad annos quindecim mentio expresse fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus jubemus, mandamus, non obstantibus Pauli II. Praedecessoris Nostri aliorumque Praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus et Ordinationibus speciali licet mentione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die XVI. Septembris MDCCCLXXXI.

| | | | |
|--------------|--------|------|---------|
| Pontificatus | Nostri | Anno | Quarto. |
|--------------|--------|------|---------|

Loco † sigilli

Th. Card. Mertel.

Religionswechsel eines unter Curatel stehenden Irrsinnigen.

(Aus der österr. Zeitschrift für Verwaltung.)

Der Bestand einer wegen Irrsinns verhängten gerichtlichen Curatel als solcher schließt die nach Artikel 4, Absatz 2 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, zum Uebertritte zu einer anderen Religionsgenossenschaft erforderliche eigene freie Ueberzeugung noch nicht aus.

Mit Protocollareinschreiten vom 11. Juni 1886 meldete Albert M., Volontär bei dem Lebzelter F. M. in H., am 30. Mai 1859 in B. geboren und daselbst zuständig, mosaisch, bei der Bezirkshauptmannschaft K. seinen Austritt aus der israelitischen Religionsgenossenschaft und seinen Eintritt in die römisch-katholische Kirche und brachte gleichzeitig eine Erklärung seines Curators Dr. Ignaz R. in B. ddo. 12. April 1886 bei, laut welcher letzterer gegen diesen Religionswechsel, insoferne derjelbe gemäß § 4, Al. 3 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, als gesetzlich statthaft erkannt werden sollte, nichts einzuwenden erklärt.

Die Bezirkshauptmannschaft K. übermittelte diese Anzeige gemäß Artikel 6 des voreicitirten Gesetzes der israelitischen Matrikenführung in H. zur Kenntniß und weiteren Amtshandlung, welche mit Eingabe vom 25. Juni 1886, Z. 40, der Bezirkshauptmannschaft ein diesbezüglich abgegebenes Gutachten des Kreisrabbiners in B. mit dem Ersuchen um weitere Amtshandlung und dem Bemerkun übermittelte, daß die Matrikenführung im vorhinein jede Verantwortung von sich ablehne.

In diesem Gutachten des Kreisrabbiners Dr. W. in B. wird hervorgehoben, daß nach Artikel 4 des mehrcitetirten Gesetzes zur Rechtsgültigkeit des Uebertrittes ein Geistes- und Gemüthszustand erforderlich sei, welcher die eigene freie Ueberzeugung nicht ausschließt, was aber nicht der Fall sei und welcher Mangel durch Einwilligung des Curators nicht ersezt werden kann.

Die Bezirkshauptmannschaft K. eröffnete hierauf mit Entscheidung vom 27. Juni 1886, Z. 9691, dem Curator Dr. R., daß die am 11. Juni 1886 entgegengenommene Erklärung seines Curanden Albert M. zur Amtshandlung nach Artikel 6 des Ge-

setzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, nicht benutzt werden könne, weil nach der dortamts erliegenden Erklärung des Curators Albert M. wegen Geisteschwäche, welche die eigene freie Ueberzeugung vom Standpunkte des citirten Gesetzes und des Gesetzes vom 18. Jänner 1869, R.-G.-Bl. Nr. 13, ausschließt und durch die Einwilligung des Curators nicht ersezt wird, bisher noch unter Curatel steht.

Gegen diese Entscheidung brachte Albert M. durch seinen Curator den Recurs an die Statthalterei in P. ein, in welchem sich auf ein Schreiben des Leiters der schlesischen Landes-Irrenanstalt, nach welchem der beabsichtigte Religionswechsel als von keinen nachtheiligen Folgen für den Gesundheitszustand M.'s, sowohl geistig, als körperlich, begleitet bezeichnet wird, ferner auf einen Attest des dem Albert M. den katholischen Religionsunterricht ertheilenden Caplans Felix D. in H. berufen wird, in welchem letzterer die Erklärung abgibt, daß M. sich in einem so günstigen Geisteszustande befindet, daß er sich ein vollkommen freies Urtheil bilden kann und daß sein Uebertritt zur katholischen Kirche ein überzeugungsvoller und freier wäre.

Die Statthalterei in P. entschied nach erfolgter Constatirung, daß M. zum Zeitpunkte der abgegebenen Uebertrittserklärung sich noch unter Curatel befand und nach Anhörung des bischöflichen Conistoriums in B., welches mit Note vom 3. Februar 1887, Z. 859, im Hinblicke auf die mittlerweile erfolgte Entlassung des Albert M. aus der ärztlichen Behandlung, die Neuherierung des H. er Caplans und den auch von anderen mit M. in letzterer Zeit verkehrenden Personen bestätigten nunmehrigen günstigen Geisteszustand desselben, sich für die gesetzliche Zulässigkeit des besagten Religionswechsels ausge-

sprochen hatte, unterm 19. Februar 1887, Z. 11.865, daß dieselbe dem eingebrochenen Recurso in der Erwagung keine Folge gebe, daß Albert M. nach der Bußchrist des Bezirksgerichtes B. vom 28. October 1886, Z. 13.559, am 11. Juni 1886 noch wegen Irrsinns unter Curatel gestanden ist, derselbe mithin bei dem Umstande, als die Beurtheilung, ob ein Irrsinniger den Gebrauch seiner Vernunft wieder erlangt habe, gemäß § 283 allg. bürgl. Gesetzb. den Gerichten zusteht, als damals thatsfächlich noch irrsinnig, also in einem solchen Geisteszustande befindlich angesehen werden muß, der im Sinne des Artikels 4 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, die freie Wahl des Religionsbekennnisses ausschließt.

Gegen diese Entscheidung brachte Dr. R. namens seines Curanden den Ministerialrecurs ein, in welchem unter Hinweis auf den bereits zur Sprache gebrachten, dermaßen günstigen Geisteszustand des M. ausgeführt wird, daß die im allgemeinen bürgerlichen Gesetzbuche begründete Bestellung eines Curators nur auf die vermögensrechtlichen und bürgerlichen Angelegenheiten des Curanden sich beziehen und seine Fähigkeit zu Entschließungen in religiösen Angelegenheiten nicht schon an und für sich ausschließen könne; es könne sich nur um den objectiven Zustand seiner geistigen Thätigkeit zum Zeitpunkte des erklärten Uebertrittes handeln und dieser sei, wenngleich formell die Curatel noch bestand, kein derartiger gewesen, daß er die eigene freie Ueberzeugung ausgeschlossen hätte.

Das Ministerium für Cultus und Unterricht fällte unterm 26. Mai 1888, Z. 19.586, nachstehende Entscheidung:

"Ueber den Ministerialrecurs des Advocaten Dr. Ignaz R. in B. als Curator des Albert M. in H. findet das Ministerium für Cultus und Unterricht die Entscheidung der k. k. Statthalterei vom 19. Februar 1887, Z. 11.865, mit welcher dessen Beschwerde gegen das in Angelegenheit des beabsichtigten Uebertrittes des M. vom mosaischen zum römisch-katholischen Glaubensbekennnisse gefällte Erkenntniß der Bezirkshauptmannschaft in A. vom

27. Juni 1886, Z. 9691, in der Erwagung abgewiesen wurde, daß M. bei Fortbestand der wegen gerichtlich erhobenen Irrsinns über ihn verhängten Curatel als in solchem Gemüthszustande befindlich angesehen werden muß, der im Sinne des Artikels 4, Absatz 2 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, die freie Wahl des Religionsbekennnisses ausschließt, sammt der bezogenen Entscheidung der Bezirkshauptmannschaft A. zu beheben.

Hiezu bestimmt die Erwagung, daß der Uebertritt zu einer anderen Religionsgenossenschaft nicht zu jenen Handlungen gezählt werden kann, deren Vornahme durch den Bestand der Curatel unbedingt ausgeschlossen wird, daß sich vielmehr nach Artikel 4, Absatz 2 des Gesetzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, der Uebertrittende nur zur Zeit der Wahl in einem solchen Geistes- und Gemüthszustande befinden muß, welcher die eigene freie Ueberzeugung nicht ausschließt, ein solcher Geistes- oder Gemüthszustand aber zweifellos ungeachtet der bestehenden Curatel in einem bestimmten Zeitpunkte vorhanden sein kann, wie dies in einem besonderen Falle selbst auf dem Gebiete des Privatrechtes (§ 567 all. bürgl. Gesetzb.) anerkannt wird.

Diese auf den positiven Bestimmungen des Gesetzes gegründete Anschaubarung steht aber auch mit der Natur der bezüglichen Verhältnisse im Einklange, da der Abgang der rechtlichen Dispositionsfähigkeit im Sinne des allgemeinen bürgerlichen Gesetzbuches mit dem Mangel der Fähigkeit zur Bildung einer freien religiösen Ueberzeugung durchaus nicht auf eine Linie gestellt werden kann.

Demgemäß findet das Ministerium für Cultus und Unterricht anzuordnen, daß unter Berücksichtigung der obigen Grundsätze über die Frage, ob und inwiefern die erwähnten gesetzlichen Voraussetzungen bezüglich der von M. abgegebenen oder eventuell zu wiederholenden Uebertrittserklärung in dem Maße vorhanden sind, daß die letztere sich zur Annahme eignet, von den competenten Behörden im ordentlichen Instanzenzuge, nöthigenfalls nach Einholung eines sachverständigen ärztlichen Gutachtens zu entscheiden ist."

57.

Einsadung zur Einsendung der periodischen Eingaben und anderer Ausweise.

Die hochwürdigen Herren Decanats-Curaten wollen von dem zu Ende gehenden Solarjahr 1889 folgende periodische Eingaben und andere Ausweise an die betreffenden Decanatsämter, und diese an das f. b. Ordinariat einsenden, und zwar:

1. Die Angabe der Seelenzahl jeder einzelnen Curazie.
2. Den Bedarf an Directorien und Schematismen für das Jahr 1890.
3. Den Ausweis der Bevölkerung nach der Religionsverschiedenheit.

4. Die Angabe allfälliger Abänderungen in der Poststation oder Postexpedition, zu welcher die einzelnen Curazien des Decanates gehören.

5. Die Angabe der geistlichen Bezirks- und Ortschulinspectoren.

6. Die Angabe etwaiger Defekte, welche im heurigen Diöcesan-Schematismus vorkommen und der Daten, welche zur Vervollständigung des Local-Index dienen.

58.

Concurs-Verlautbarung.

Die Seelsorgerstelle in der k. k. Männerstrafanstalt am Kastelberge in Laibach ist durch die Verleihung der Pfarre Škofja Loka an den bisherigen Seelsorger, Herrn Johann Tomažič, erledigt worden. Dieser Posten, mit dem ein Gehalt jährl. 600 fl. sammt 25 % Diensteszulage, eine Natural-Wohnung und an Naturalien 14 Kubik-Meter harten, 7 Kubik-Meter weichen Scheitholzes und 9 Kilo Stearin-Kerzen verbunden ist, wird zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die gehörig zu dokumentirenden Gesuche um diese Seelsorgerstelle sind an die hochlöbliche k. k. Oberstaatsanwaltschaft in Graz zu richten und beim hiesigen fürstbischöflichen Ordinariate einzureichen.

Die Pfarre Klovrat, im Decanate Moravče, und die Pfarre Dobernič, im Decanate Treffen, beide unterstehend dem Patronate der Religionsfondsdomäne Sittich, sind durch Todfall, resp. durch Beförderung in Erledigung gekommen. Dieselben werden behufs Neubesetzung hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Religionsfonds-Pfarre Ledine, im Decanate Idria, wird ebenfalls zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche um diese Pfarren sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu stitifiren.

Peremptorischer Competenztermin 3. December 1889.

59.

Chronik der Diöcese.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Michael Horvat auf die Pfarre Čatež, und Johann Juvan auf die Pfarre Spodnja Idrija, am 10. Sept.; Josef Belar auf die Pfarre Rovte, und Anton Korbič auf die Pfarre Vavta Vas, am 22. October, und endlich Peter Ogrin auf die Pfarre S. Spiritus in Trn, am 28. October 1889.

Herr Dr. Johann Lesar wurde als Professor des Bibelstudiums des neuen Bundes an der theol. Lehranstalt in Laibach angestellt, Herr Dr. Sebastian Elbert aber an dessen Stelle als f. b. Hofkaplan und Ordinariats-Sekretär eingesetzt.

Dem Herrn Johann Karlin, Pfarrer in Dobrnič, wurde die Pfarre Smlednik verliehen.

Der Defizientenpriester, Herr Simon Ažman wurde als Pfarrcooperator in Gorič wieder angestellt.

Versezt wurden die Herren: Jakob Bajec, Expositus in Suhorje, in gleicher Eigenschaft nach Nadanje Selo; Valentin Lavtar, Pfarrcooperator in Slavina, als Expositus nach Trnje nächst Slavina; Johann Možina, Pfarrcooperator in Hrenovice, als solcher nach Slavina.

Der D.-Ritter-Orden hat den Pfarrcooperator in Podzemelj, Herrn Andreas Gliche in eine andere Diöcese übersezet.

Gestorben sind die Herren: Thomas Brus, quieszirter Kaplan in Kranj, am 13. October, und Herr Ignaz Vrančič, Pfarrer in Klovrat, am 1. November 1889. Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 22. October 1889.